

3

*Disputationis II.*

**DE ANIMA  
HOMINIS QVOAD  
ESSENTIAM,**

THESES

D. O. M. F.

*Præside*

**TOBIA TANDLERO, TOR-  
gensi, Medic. D.**

*Ad diem XVIII. April. hora & loco consuetis,  
exercitii gratia, pro ingenii sui modulo,  
defendere annitetur*

**ÆGIDIUS STRAUCH,  
VVitebergensis.**



**VVITEBERGÆ  
Typis Gronenbergianis  
M. D. C. I.**

physiol.

5,44.

Ph. 1000. 11. 18

AMPLISSIMIS, PRVIDENTIS,  
SIMIS, PIETATE, ERVDITIONE,  
IUDICII DEXTERITATE, ALIISQVE VIRTU-  
tibus, præstantiisimis viris, Dn. Consulibus,  
& toti Ordini Senatorio, Electoralis urbis  
VVitebergæ, Dominis & Patronis  
suis æternum colendis ,

*Hanc disputationem Philosophicam,  
gratitudinis & obseruantiae ergo,*

D. D. D.

ÆGIDIUS STRAUCH,  
Respondens.

Sächsische  
Landesbibliothek  
Dresden

# De anima hominis.

**D**E homine, ut toto, nuperrimè: nunc de a-  
nimā, ut principali hominis parte, dis-  
quirendum. Hujus cognitio satis ardua,  
& à captu mentis humanæ retrusa, plurimisque  
difficultatibus est involuta: certitudine tamen,  
nobilitate miranda, & illustri, quam ad omnem  
veritatem, ac in primis ad naturæ investigationē  
confert, utilitate, nulli non, si Theologiam exce-  
peris, scientiæ palmam præripit.

## THEM A I.

De anima duplex oriri quæstio solet: altera ejus essen-  
tiam; altera spectat accidentia. Prior hujus est loci: poste-  
rior, quæ de viribus animæ decernet, ad secundam classem  
referenda.

## II.

Essentiam animæ definitio, quæ τὸ τὴν ἐντελέχειαν οὐ πόσιν  
explicabit. De qua constituenda veterum philosophorum  
sapientissimi anxiè quidem cogitârunt: optimè tamen in-  
ter illos & perfectissimè Aristoteles.

## III.

Hoc doctore, definitur: Φυχή ἐστιν ἐντελέχεια η πρώτη  
σώματος φυσικός, ζωὴν ἔχοντος δυνάμει. Τοιοῦτον δὲ, οὐ καὶ η ὀργανι-  
σμὸν.

## IV.

Per ἐντελέχειαν innuit perfectionem, quam corpori for-  
ma tribuit, materiæ dū αριθμ. absolvendo. Et, πρώτην, ad  
dit: ut secundus actus, qui effectus est vel operatio primi, art. 1.2.  
excludatur.

A. 2 Hoc mod. lib. 2.  
de an. 1.2. 3.

Collag Co-  
nimbr. lib. 2.

de an. quæst.  
1. quest. 6.

art. 1.2.

## V.

Hoc etiam genere falsæ quorundam de anima opiniones, quorum alii  $\chi\varrho\pi\alpha\tau\pi$  esse; alii numerum sese moventem; alii harmoniam; alii calorem vel frigus aut uinant, arce an. quest. guuntur. Cùm enim sit entelechia prima, &  $\delta\omega\sigma\tau\alpha$  per se 1. art. 3. subistens, accidentium catalogo neutram annumerantur lib. 1. da.

de an c 10 ii.

Tolet. lib. 2.

de an quest.

I.

Cujus insuper subiecta forma sit anima, docet, nimirum  $\tau\omega\mu\alpha\lambda\oslash\delta\varphi\pi\kappa\pi\kappa\pi$ . Ut enim hoc informet, & ad omnes motus aptam reddat, cum ipso patitur unionem.

## VII.

Quid? quod hoc subiecto ab hominis anima distinguuntur angeli. Sunt iij quidem actus, ac quoque primi perfectissimique; sed nullius corporeæ molis sibi concii, nullis naturæ motibus, præterquam locali, obnoxii.

## VIII.

Cùmque anima sit corporis entelechia, facile est colligere; illam non esse corporeum quiddam; si quidem corporeum non posse moveare seipsum inefficax.

de an quest.

1. art. 5.

Duod 1 i. de

anima c. 9.

Et quid sub uno loco bina comprehendendi corpora possunt? an etiam animam localiter moveri contingit? Tolet. lib. de anim. 1. quest. 9. Scal. exerc. 307. dist. 13.

## X.

Persuasum igitur sit, Animam neque ignem esse, ut Arist. lib. 2. Democritus somniavit; neque aërem, ut Diogenes; neque de an. c 2. aquam, ut Hippo; neque terram, cum aqua mixtam, ut Lasc. lib. de Xenophanes; multò minus ex atomis, ut Epicurus; aut elementis conflatam, ut Empedocles; aut sanguinem, ut bom. 1. c. 8. Critias.

Ne

## XI.

Ne verò cuilibet corpori inesse anima falso statuatur,  
addit Philosophus, præesse illam corpori naturali, duximus. Duod. lib. 2.  
de an. c. 9.  
Carr. exordi, quod ad vitæ munia, animæque motus peragen-  
dos natum est.

## XII.

Quo respectu corpus demortuum, animalis vel homi-  
nis corpus esse nequit, cum ad animæ receptionem accin-  
ctum ulterius non sit. Colleg. Conimbr. lib. 2. de anim. quæst. 1.

## XIII.

Ne quid verò ad plenioram intellectum deficiat, appo-  
nit Aristoteles: Bio. τυδ., σάρη ογκωνος q. d. Corpus natu-  
rale & vitæ capax, certis etiam organis donatum sit, ad va-  
rias & mirandas animæ operationes.

## XIV.

Hinc, pro ut eadem corporum omnium ratio non est:  
ita diversas etiam Αλεξανδρειας illorum esse necessum est.

## XV.

Corporibus enim simplicibus, ut cœlo & elementis ac  
imperfectè mixtis, ceu sunt meteora, formam quidem in-  
esse non inficiamus: sed animam tribuere nefas ducimus,  
cum organica non sint. Duod lib. 2.  
de an. c. 11.

## XVI.

At perfectè mixtis, corporum tamen diversitate prædi-  
tis, animam quidem inesse concedimus: sed organorum ra-  
tione differentem, ut alia sit plantæ anima; alia beluae; alia  
hominis.

## XVII.

Quo impetrato, quid absurdius est, quam illa Plato-  
nis φίλοι τούχων? Quomodo enim bovis anima hominem  
absolvere posset? quomodo hominis in planta coēceri?

A 3      Et

## XVIII.

Et hæc est physica animæ consideratio , in genere omni animato conveniens: quæ tamen animæ constitutæ proprietates potius, quam essentiam constituentem declarat.

## XIX.

*Goclen. phys.  
schol. p. 180.* Quoniam verò plurimùm inter se distant animæ brutorum ac hominis , sive substantiam illarum , sive functiones respicias : siquidem anima hominis  $\lambda\sigma\gamma\mu\eta$ ; brutorum verò  $\alpha\lambda\sigma\gamma\theta$  est : peculiari quoque opus est finitione , & magis exacta , quæ humanæ animæ naturam proprius attingit.

## XX.

Hanc divinæ solùm pandectæ suppeditant, talem : Animæ hominis est spiritus intelligens, altera pars hominis, quæ separata à corpore manet immortalis.

## XXI

*Gen. 2.* Spiritus definitur, cùm sit à Deo inspirata. Et quid aliud denotat spiritus Theologis , quam essentiam simplicissimā ,  $\alpha\tau\omega\mu\alpha\lambda\sigma$ ,  $\alpha\mu\lambda\sigma$ ? Ita Deus est spiritus : & homo Dei imaginem , quoad animam , refert. *Colleg. Conimbr. lib. 2. de anima.  
quest. 1. art. 6. Lactant. lib. de opif. Dei , c. 17.*

## XXII.

*Colleg. Co-  
nimb.  
Lasc. lib. 1.  
de hom. c. 9.* Hæc tamen divinæ essentiæ portio nō est; sed toto gene-  
re diversa. Aeternus enim Deus est, ac immensus: at homi-  
nis anima cœpit , & definiri in corpore potest : licet finem  
habitura non sit.

## XXIII.

Spiritus etiam vocula separat animam à corporibus, re-  
busq[ue] ex materia ac forma compositis.

## XXIV.

Intelligens dicitur, causa præcipua , quam ratio præ-  
stat

stat, actionis. Hæc enim hominem sapientem, prudentem,  
ac liberrimè agentem Dco assimilat, ac à beluis distinguit.

### XXV.

Altera pars hominis pronunciatur anima, quatenus  
cum corpore, quod informat, unam constituit ψισάμενον.  
Vnde colligitur, neque solum animam esse hominem, neq;  
solum corpus.

### XXVI.

Immortalis denique afferitur anima, siquidem copore in *Coll. Co-*  
*lementa resoluto superest est; ac vivit. Quod sanioris numbr. de-*  
*philosophiaæ ac divini codicis testimonia suo loco-compro-*  
*babunt.*

### XXVII.

An verò una sit in homine anima, ut veritas postulat: an  
plures in uno corpore, cœ Plato statuit & Galenus: diu  
dilectatum est.

### XXVIII.

Nos unam dari, ut formam; & plures hujus facultates, ut  
effectus, qui respectu instrumentorum dissimilium quoque  
disparestunt, arbitramur.

### XXIX.

Spirosior autem disputatio est de Ortu animæ, an hæc  
à Dco creata, corpori, generationis lege perfecto, foris im-  
mutatur; an verò ex traduce propagetur: de qua senten-  
tiani suspendere melius videtur, quam temerè aliquid pro-  
ferre.

### XXX.

Si quis tamen contendat, totum hominem ex corpore  
& anima constitutum, à parentibus gigni, virtute benedicti-  
onis divinaæ: *Crescat & multiplicabitur: illi subscriptum,*  
*censens.*

Quid

## XXXI.

Colleg. Con. Quid verò dicendum, an anima sit in determinato cor-  
lib 2. de an. poris loco seu regia sedc, cùm sit spiritus anima & adi-  
quæst. 8. 9. aiget.

Tolet. lib. 2.

de an. quæst.

8.

Affeveramus, illam respectu hominis, cuius pars est,  
& facultatum, cuius autor, definiti posse: sed localem exten-  
sionem non recipere.

## XXXII.

Scal. exere.

307. dist. 23.

Tolet. lib. 2.

de anima

quæst. 4.

Totam igitur in toto corpore, singulisque partibus  
indivisam contineri, convincit formæ proprietas, qua toti  
æquè competit corpori, & mirabilis universi corporis sup-  
eradæta.

## XXXIII.

Quamvis eadem propter organorum varietatem in di-  
versis corporis partibus alias atque alias exequatur functi-  
ones: ac in capite potissimum, ut corporis arce, præstantissi-  
ma animæ munera, nimium sensus, judicium, rationem,  
ac intellectum dispenset.

## XXXIV.

De quibus, ut & reliquis animæ potentiis, inferi-  
us singulariter est differendum.

## Corollaria.

I. An anima hominis sit forma corporis informans, an verò af-  
sistens? Prius recipimus.

II. An Physici sit tractare de anima? Aff.

III. An anima sit subiectum librorum Aristotelis de Anima?

